AUGUSTINUS

Klosterneuburg, 3. Drittel 12. Jh. Seite 273r

Quelle: https://manuscripta.at/?ID=388
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift



Idic sequentia. Infelix ego homo. quis me liberabit de corpore mortis huius.
Hoc enim dicere infelix homo. iam cor contere est. Ille speret felicitatem. qui con
fitetur infelicitatem. Dic ergo infelix homo quis me liberabit de corpore mortis huius.
Ut respondeatur tibi. gratia dei per ihesum xpm dnm nrm. Quomodo autem liberabit ipsa
gratia dei. Unde pignus acceptimus. Audi eundem apostolum. Corpus quidem inquit
mortuum est propter peccatum. spiritus autem uita est propter iusticiam. Si ergo spiritus eius qui suscitauit
ihesum ex mortuis habitat in uobis. qui suscitauit xpm ihesum a mortuis. uiuifica
bit et mortalia corpora uestra. per inhabitantem spiritum eius in nobis. Hoc ergo pignus acce
pit spiritus noster. ut incipiamus fide seruire deo. et ex fide appellari iusti. quoniam iu
stus ex fide uiuit. Quicquid autem nobis adhuc repugnat et resistit. de mor
talitate carnis est. et hoc sanabitur. Uiuificabit enim inquit et mortalia cor
pora uestra. per inhabitantem spiritum eius in uobis. Ad hoc pignus dedit. ut compleat
quod promisit. Quid ergo nunc in hac uita. quando adhuc confessores sumus. non dum
possessores. Quid in hac uita. Quid fiet. Quomodo durabitur. Sanat con
tritos corde. Sed perfecta sanitas tunc erit quando diximus. Nunc ergo quid.
Alligat contritiones eorum. Qui curat inquit contritos corde. quorum per
fecta sanitas in resurrectione iustorum erit. alligat modo contritiones eorum. Que
sunt alligamenta contritionum. Sicut medici alligant fracturas. Aliquan
do enim intelligat et hoc karitas uestra. et notum est eis qui animaduerterunt. uel a
medicis audierunt. aliquando praue et distorte firmata. ut corrigant me
dici frangunt. et faciunt uulnus nouum. quia mala erat sanitas praua. Sic ergo
recte inquit scriptura uie dni. sed praeuicordius in illis scandalizabitur. Quid est praeui
cordius. Torticordius. tortum habens cor. Putat torta esse omnia que dicuntur a deo.
putat praua esse omnia que fecit deus. ut displicet ei omnia iudicia dei. maximeque
in quibus ipse corripitur. et sedet et disputat quam male faciat deus. quia non pro eius uolunta
te facit distortum cor. Parum est quod non se corrigit ad deum. et deum uult distorquere
ad se. Quid ergo dicit ei desuper deus. Tortus es. equus sum. Si tu rectus esses. siti
res equitatem meam. Quemadmodum si in pauimentum equale ponens distortum lig
num. non collocaretur. undique nutaret. undique agitaretur. quod non loci inequalitas.
sed distortio ligni facit. sic ait scriptura. quam bonus israel deus rectis corde. Quid ergo
tortum est cor. Quomodo dirigitur. et tortum est et durum. Iam ergo tortum et durum
frangatur. conteratur et dirigatur. Tu dirige cor tuum. Non potes. Tu frange.
ille dirigat. Quomodo tu frangis. Quomodo tu conteris. Confitendo pu
niendo peccata tua. Quid aliud significat pectorum tunsio. non forte putamus
ossa nostra aliquid peccasse cum cedimus pectus. Sed significamus nos cor contere.